

Franckesche Stiftungen zu Halle

Corrvit Praestantissimae Mentis Domicilivm Viri Ervditione Mvltatvmqve Virtvtvm Gloria Praecellentis Christiani Friderici Richteri Medicinae Doctoris ...

Stryk, Johann Samuel

Halae Magdebvgicae, [1711?]

VD18 90849213

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219009



EVUS hominem posuit in Paradiso, id est, horto fecundissimo, & amoenissimo, omnique genere ligni arborumque confito, ut ex earum fructibus altus immortalitate frueretur, & tanquam indigena ibidem æternum perennaret. At, cum illud mandatum omnibus cognitum, fallaciis criminatoris seductus, transcendisset, e Paradiso in exilium abactus immortalitatem amisit. Ea vero amissa morbi sunt insecuti, senectus obrepfit, communique moriendi necessitate nihil validius extitit. Neque enim mortem vlla diligentia deuitat, vlla felicitas domat, vlla potentia vincit. Quicquid ad sarcindas lapsi generis ruinas inuentum atque excogitatum est, eo tantum pertinet, ut dolores minuantur, & agridudines tantisper faceffant, dum labore ferendus, simulac sudore colendus est arenosus ager. Contra ipsam mortem medicamina nihil profunt: hæc omnes herbas eludit: atque vniuerfa Machaonum præcepta ludibrio exponit:

- Omnes vna manet nox
& calcanda semel via leti.

Luculentissimum fragilitatis huius exemplum præbet CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTERVS ipse Medicus, cautus, religiosus, & diuinator in hac arte longe præstantissimus, sed qui vitam citato cursu præternauigauit, quodque inter iuuenem ac senem medium est, vix aut ne vix quidem adtigit. Pater ei fuit SIGISMVNDVS RICHTERVS IC. illustrissimi Comitiss DE PROMNIZ Consiliarius bene merentissimus, itemque Cancellarius doctrina, & probitate excellentissimus. Mater ANNA MARGARETHA DOBLERIA, familia & vetere, & probata coorta, multis virtutibus etiam nunc fulget. Ab his PARENTIBVS CIOICLXXVI mense

Septembri Sorauia ad Nissum inferiori Lusatia genitus, ubi primum per ætatem licuit, litterarum & christianæ religionis rudimentis imbutus est. Confirmator paullo in domesticorum Præceptorum disciplinam concessit; cuius temporis, non sine gratissima optimorum Magistrorum memoria, sæpe ac libenter recordari solebat: illorum industriæ acceptos referens, quoscunque postea progressus fecit. A. MDCCXIII in hanc FRIDERICIANAM missus ad Philosophiæ sincerioris, sacrarumque litterarum altiora studia accessit, ubi BREITHAVPTIVM, ANTONIVM & FRANKIVM Doctores præstantissimos nactus est, & vnumquemque fere iudicii, atque eruditionis laude florentem in sui admirationem pertraxit. At, posteaquam DEI nutu in grauem morbum incidisset, factum est, vt eo liberatus ad salutarem medendi artem, quamuis sæpius iam de sacro suggestu ad populum perorasset, non dissuadentibus amicis, animum appelleret. Quocirca clarissimis ACADEMIAE nostræ viris IOANNI FRIDERICO HOFFMANNO, inprimis autem GEORGIO ERNESTO STAHLIO totum se addixit, iisque carus semper & acceptus extitit. Horum prælectionibus, cum se proficisse perfentisceret, reginam artium chemiam, censuris vulgi iam diu superiorem, cum fratre dulcissimo CHRISTIANO SIGISMUNDO sollicitè excoluit; vnde non poterat non ad disciplinas, scientiasque Apollineas experrectior fieri, paratiorque. *Quis enim aquam stillatitiam, verba Borrichii sectamur, tam necessarium pharmacis vehiculum, quis oleum ad balsama generosum, quis salem illum plantarum tot febrium debellatorem, quis spiritus ad cor roborandum excitatissimos, cessante chemia, producat?* Sed eo tamen labore propterea est perfunctus, vt omnium rerum indigis potissimum succureret, pauperumque dolores leniret. Sub initium a. MDCCXIII. aliorum magis obsecutus voluntati, quam suæ, Doctoris titulum adsumsit, & dissertationem in hunc finem erudite elaboratam DE SENSU NATURAE CIRCA CVRATIONES INCONGRVAS,

in quoque

12

GRVAS,

GRVAS, STAHLIO nostro Præside, cum laude defendit. Postea voluntario impetu iustum opus, licet succinctum, DE COGNITIONE HOMINIS RESPECTU CORPORIS VITAEQUE NATURALIS scripsit, typisque imprimendum permisit, ut, quid in saluberrima arte valeret, vniuersi animaduernerent. Tandem vero A. MDCCVII DOROTHEAM SOPHIAM CATHARINAM GEORGII VOIGLANDER Consulis olim & pharmacopolæ Nimburgensis amplissimi FILIAM duxit, feminam spectatam, nunc autem viduam tristibus sese lacrymis occultantem. Cum hac sicuti gustum aliquem coniugalis amoris, fidei ac pietatis sensit; ita breui illo tempore tres liberos sustulit, in quibus filius cum sorore supersunt, Patrisque imaginem ostendunt. Valetudo NOSTRI a teneris vnguiculis vsque ad annum ætatis XVII non fuit satis firma: colluctabatur ILLE subinde cum variis morborum generibus, quos recensere omnes nostrum non patitur institutum. Tantum id notabimus, effudisse DEFUNCTUM ante duodecim annos tantam sanguinis vim, ut acri febre correptus accessisse ad finem mortalitatis videretur. Et ea commotione denuo nuper tentatus est VI. Idus Septembris, cuius impetum, quamquam præstantissima pharmaca coercuerunt aliquantisper, non tamen prorsus sustulerunt. Nam XVI Kalendas Octobris iterum tanto incurfu sanguinem sputauit, ut periculum esset, abolita animæ spiramenta ruptum iri. Quem in finem, cum dubius appareret euentus, saluti animæ per Virum reuerendum & grauissimum AVGVSTVM HERMANNVM FRANCKIVM prospexit, assumptoque corpore ac sanguine Seruatoris Christi, ad mortem sese imperterritus accinxit: quamlibet vis morbi laxata sanitatem promitteret. Subito enim ægritudo recrudit, aliisque accessionibus morborum, variisque molestiis aucta ipsis Nonis Octobris hora ante mediam noctem MEDICVM multis nominibus præstantem placide extinxit. Hanc vitæ fideliter & honeste peractæ metam adeptus est CHRISTIANVS FRIDE-

RICVS RICHTERVS de liberalissima arte medendi optime
meritus: & ob id dignus, cuius memoria cum virtutis per-
petua commendatione omnium præconiis celebretur. Ne-
que enim videri honestus, sed esse semper studuit in omnibus,
& erga omnes; candore, integritate, atque ardentissimo in
Deum desiderio nunquam non stimulatus. Nihil is sibi tri-
buit: omnia supremo Numini: quicquid fecit, ad huius glo-
riam, hominumque, etiam pauperrimorum, commoda di-
rexerit. Quamobrem quoque facite, CIVES ACADEMICI, ne
apud Vos vnquam RICHTERI, tot virtutibus collucens,
nomen obsolescat. Adeste! hodie prima post meridiem fu-
nus ducitur: funus VIRI sapientis, funus MEDICI, qui
quamuis ossa fere atque pellis fuit, & a macritudine miser,
tamen permultis, opitulante Dei clementia, sanitatem, vi-
tamque restituit; nec, vti mos est, famam per mille mortes
quæsiuit. Adeste! mox tempus est. Præibo. Sequa-

mini. P.P. Halæ Magdeburgicæ MDCCXI

V. Idus Octobris.

EPI

EPICEDIA.



Ist du / erblaßtes Haupt! nun dessen Op-
fer werden /
Dem deine Wissenschaft so manchen
Raub benahm?
Und eilst du denn nun selbst zum kühlen Schooß der
Erden/

Dahin ja niemand sonst durch dein Verschuldē kam?
Hat denn die Bitterkeit des Todes obtiniret /
Der sonsten die Essenz mit Nachdruck widerstand/
Die von der Süßigkeit den schönen Namen führet?
Ach freylich hat nunmehr das Blätgē sich gewandt.
Der Arzt geht zu der Ruh/ und bringt den Patienten
Durch eigne Sterblichkeit recht banges Schrecken
bey/

Denn die sonst seinen Rath mit treuen Dancf erkennen/
Beklagen/ daß nun nichts von Hülfe übrig sey.
Jedoch entseelter Freund! dein Tausch ist wohl gelun-
gen/

Da Du in Sions-Lust / die Last der Welt verlachst/
Du hast selbst in dem Tod des Todes Macht bezwun-
gen/

Da Du dir ietzt bey Gott erwünschte Tage machst.
Das Leben dieser Welt reicht stete Bitterkeiten /
Jedoch kein Vermuth-Trancf kömmt Dir nunmehr
zu nah/

Denn da die Engel Dir das Manna selbst bereiten /
Labt Dich ietzt in der That Dulcis Essentia.

Zum Zeugniß seines herrlichen Mitleidens gegen die
Betrübte schrieb dieses

Johann Samuel Stryk /
JCrus & h, t, Pro-Rector.

REI CHRISTIANÆ ET MEDICÆ
JACTURAM

MAXIME INSIGNEM,
DEFUNCTO BEATISSIME QUIDEM
SED PRÆMATURE,

V I R O

DIVINI INGENII AC JUDICII, OMNISQUE
VIRTUTIS LAUDE NOBILISSIMO,

DOMINO

CHRISTIANO

FRIDERICO

RICHTERO,

MEDICINÆ DOCTORE, ET PRAXEOS
ET STYLI CELEBRITATEM PRIDEM
ADEPTO,

POST IPSAS EXSEQVIAS, D. XI. OCT. MDCCXI.

COHONESTATAS,

ABSENS ETIAM ATQVE ETIAM
DEPLORAVIT

D. JOACH. JUSTUS BREITHAUPT,

ABBAS BERG. ET GEN. SUPER. MAGDEB. CONSIL. CONSIST.
ET TH. FAC. HALL. SEN.

Tres Richteriadas Medicos amissimus Halæ,
Tres virtute viros, tres & in arte viros.
Primus erat praxi tam sedulus atque fidelis,
Ut nimia e curâ traxerit ipse necem.

b

Ille

Ille quidem ante annos plures, quum surgeret Alma
 Hallensis, Superum iussus adire scholam. (a)
 Ante annum, natu minimus decessit: & iste
 Non minor ingenio, nec pietate fuit. (b)
 Quum duo restarent, sic divisisse quadrigam
 Fata videbantur; nosque, tenere duos.
 Tertius heu sequitur! (c) quanta heu jactura! superstes
 Fratrum biga perit, spes fugit ampla simul.
 Quis fugit? ille fugit, juvenis qui mente senili
 Semper erat, semper visus amare DEUM.
 Quem novisse virum, placidoque silentia vultu
 Enthea spirantem nunc meminisse, juvat.
 Quem qui nosse velit, legat ejus dædala scripta,
 Difficiles facili res retegente stylo.
 Miratur Natura, suos referasse recessus
 Scribentem, atque imas ire, redire, vias.
 Quem qui nosse velit, non huic suffecerit Urbis
 Notitia, aut Orbis, quæ tibi, Teuto, patet.
 Russos atque Indos adeat, penitusque remotas
 Terrarum gentes, quas juvat arte suâ.
 Audio, eum tria regna queri: flent dura Metalla,
 Flent Vegeti flores, fletque Animale genus.
 Inprimis Aurora, oculos suffusa decentes;
 Ecquis, ait, nostris vincula solvet aquis?
 Luna, diu mærens, tota albicat: ecce! parabat
 Usus, inquit, nostri plenius, atque decus.

Sed

-
- (a) CHRISTIAN. ALBERTUS RICHTER, Med. Licent. na-
 tus Soravia a. 1675. defunctus Halis a. 1699.
 (b) CHRISTIAN. ERDMANN. RICHTER, Med. Candida-
 tus, nat. Sorav. 1680. defunctus Halis a. 1710.
 (c) CHRISTIAN. FRIDER. RICHTER, D. natus Sorav.
 a. 1676.

III

Sed te neutra tenet: neque te terrestria vincunt,
Tot desideriis inferiora tuis.
Tam rarum ingenium voluere ostendere tantum
Numina, nec nobis suppeditare diu.
Quid nos ingrati querimus? quis munera coelo
Invideat propria, aut, non sua, rapta putet?
GRATIA te CHRISTO genuit: NATURA Magistrum
Experta est: nunc te GLORIA nata suum.
Nunc pacem CHRISTIANVS habes, FRIDRICUS habebis
Æternam, & JUDEX nunc meliora vides.
Nunc intelligimus, cur tam taciturnus adesse
Maluerit nobis spiritus ille tuus.
Unus adhuc Fratrum superat, solatia Matris
Unica, spes Artis, præsidiumque Domus.
Si quid vota valent, si quid suspiria possunt,
Optima quæque trium dona precemur ei:
Quicquid præstabant illi virtute vel arte,
Uni huic cum vitâ det superesse DEUS!

Quantæ sit molis, CHRISTIANA * in forte manere,
Cantio, TE auctorem quæ colit, ipsa docet.
Tu, CHRISTIANE, Tuo paradiamate viuus id
omne
Monstrasti, calamus quod resonare dedit.
O utinam cuncti constans paradigma sequamur!
Tot vero mœstos erige, sancte Pater.

*In aliquam
Amici desideratissimi memoriam*

f.

D. PAVLVS ANTONIVS.

* Alluditur ad hymnum a Beato olim confectum:
Es kostet viel ein Christ zu seyn. &c.

VERA VITA FIDELIVM
IN PRAESENTI SAECVLO
CVM
CHRISTO IN DEO ABSCONDITA,
OLIM VERO
IN
IPSIVS GLORIOSISSIMO ADVENTV
REVELANDA.

Quidquid præclarum vasto reperitur in orbe,
Ex quo præ reliquis gratia celsa micat:
Quod stringit sensus, quod ducit pectora cæca,
Quo tantis studiis turba caduca ruit:
Non est in patulo positum, non prostat vbique;
Ignavis oculis sunt bona mota procul.
Obryzum rutilum sese sub viscera condit,
Argenti & penitus fossa talenta iacent.
Vitis ab adspectu miseri depressa racemi
Ligno deformi munera læta tegit.
Claudit nux duro nucleum sub cortice dulcem,
Corporibus crudis succus inestque cibi.
Nobilior quoque pars nostri, diuinitus orta,
Intus agit corpus, nec patet vlla foris.
Sic res est hominum, fidei quos gratia Christo
Adiunxit propius, quæ nova vita data est.
Fulgent interius quovis præstantius auro,
Corda nitent donis, lux ea clara replet.
Nullus Titanis splendor, præstantia nulla:
Maior, quæ sanctis mentibus esse solet.
Non vis verborum, non summum mentis acumen,
Quod satis est, dicet: Gloria celsa nimis.
Sunt Iouæ Nati, summi cognatio olympi,
Quos habet in precio, quos DEVS ipse fouet.

Quos

Quos pater vt suavis diuino mactat amore,
 Quos Manna pascit, Nectare quosque rigat.
 Sunt regum Regi summo lectissima Sponsa,
 De coetu misero, quem mala terra gerit.
 Auri & gemmarum pulcro decorata nitore,
 Cuius præcingit fulua corona caput.
 Cedunt hic summi, quos mundus præbet, honores,
 Quum solium, sceptrum, regna polique patent.
 Quum stipat promte geniorum sancta catherua,
 Cultus & sponsæ præstat amica suos,
 Lætaque sponzorum castos decantat amores,
 Hymnis concelebrans gaudia grata tori.
 Quum sponsus sponsæ sua corda repandit amica,
 Exponitque graues, quas dabit almus, opes.
 Sunt hi viua Dei viuientis Tempia, parati
 Immenso sedes vnica grata Deo.
 In quibus instaurat diuina potentia regnum,
 In quo cara fides, gaudia, paxque virent.
 Tales sunt, sibi consociat quos Christus amore.
 Sed quis crediderit? Fabula & vmbra sumus.
 Sensus non capiunt, oculus non percipit vllus:
 Magnis in tenebris gloria tanta latet.
 Obfuscat lumen peccati tetrica labes,
 Gloria cincta malis: gratia mista minis.
 Est infirma cohors, cunctis obnoxia fati,
 Quam labor excruciat, quam sitis atque fames.
 Quam curæ comedunt, quam morbus vexat & omnis,
 Foedis quam probris impius orbis agit.
 Quam metit atque legit simili mors pallida falce,
 Subtrahit ex oculis, condit in atra soli.
 Nec mirum: siquidem nemo pia regna subibit,
 Qui non cum Christo nunc mala cuncta ferat.
 Dextram non cingent palmæ, non tempora lauri:
 Si renuat nitidum spinea ferta caput.

In cruce defixi Iesu Tibi conditur omnis
Gloria, & in leto vita beata datur.
Hoc TV confirmas nobis, RICHTERE Beate,
Dum Superum ex iussis vltima fata subis.
Magna fuit virtus in Temet condita Christi:
Christo tu socius; mens tua Christus erat.
Fulgebant raris cæli tua pectora donis:
Nos tua lux lata corradiabat ope.
TV multum nobis carus, TV suavis amicus:
Dulcis erat fructus, nec temerata fides.
Sanabant ægros tua nos medicamina docta:
Tristibus ac mentem carmina læta dabant.
Commendata Tibi semper fuit orphana proles:
Multum consilio, plus quoque re poteras.
Sed nunc condit opes diuina Pronoea secundas:
Cælum nunc animum; corpus & vrna tegit.
Quid vero miseri? quos solos linqvis in orbe;
Quid suavis coniux, progeniesque tua?
Quid dilecta parens? quid frater sanguine iunctus?
Quidque soror dulcis: quid peramica cohors?
Quid tristis soboles magno priuata Patrono?
Quid gens ægra, Tua sæpe resecta manu?
Solentur pariter cunctos verissima dicta
Diuini Pauli, quæ tenor hicce refert:
Cum CHRISTO modicum vestra est abscondita
vita:

Cum CHRISTO Sponso vita redibit ouans.
O TE, CHRISTE, piis expectat gens tua votis,
Accelerans, quæso, credita redde Tuis!

Pia mente considerata hæc sunt

ab

AVGVSTO HERMANNO FRANCKIO,
Theol. Professore Publ. & Pastore,

So

So heisset es nun doch: Der theure Freund ist todt!
Der mit so großem Nutz auf dieser Welt gelebet,
Der sich mit aller Kraft nach Christi Sinn bestrebet;
Der hier so vielen hat gedienet in der Noth.
Ein Baum, der Gott zum Preis gepflanzt, ist erstorben!
Nun scheinet Blut und Frucht verwelket und verdorben.

O Gott! Wie wunderbar, wie heilig ist dein Thun!
So rückst du hinweg, die hier mit Segen stehen:
So muß ein lieber Mann so bald von hinnen gehen,
Auf welchem ungemein des Geistes Gaben ruhn.
Wie viel hingegen sind, die lange lebend bleiben,
Und doch nur ihre Zeit in Eitelkeit vertreiben.

Wie wird der Mutter Herz gebeug't und gekränkt,
Da Sie nun abermahls hier einen Sohn verlohren,
Den Sie mit Schmerzen hat an diese Welt geböhren,
Den du durch deinen Geist zum Guten bald gelenkt.
Drey lieber Kinder Tod ist kaum vergessen worden,
So tritt auch dieser schon in gleiche Zahl und Orden.

Der Wittwen Angst und Ach! besetzet den Verlust,
Weñ Ihr vor Schmerz und Leid das Herze wil zerbrechen;
Der zarten Kinder Mund kan kaum ein Wort aussprechen:
Der Kummer drucket auch des treuen Bruders Brust.
Die Schwestern müssen nun die heißen Thränen weinē,
Der ganzen Freundschaft wil der Trost fast bitter scheinen.

Sein Gott-ergebner Sinn, der herrliche Verstand,
Die Weisheit, Redlichkeit, die Lieb und sanftes Wesen,
Der unverdroßne Fleiß, da Er so treu gewesen,
Hat Ihm ja überall viel Herzen zugewandt.
Und wär' auch unser Wunsch von Gott so angenommen,
Es wäre nicht so bald mit Ihm zum sterben kommen.

Allein

Allein was klagen wir des Höchsten Schickung an,
Der zwar oft wunderlich, doch seliglich, die Seinen
Nach seiner Treue führt? Er kans nicht böse meinen:
Denn was Er will und thut, das bleibet wohlgethan.
Der theure Richter lebt, und ist nicht ganz erstorben,
Und Seines Lebens Frucht bleibt ewig unverdorben.

Er hat ja Seine Zeit hier Christlich zugebracht,
Im Glauben GOTT gelebt, im Lieben und im Hoffen;
Und endlich in Gedult den Wechsel so getroffen,
Daß Er nun völlig frey von aller Jammer-Nacht.
Sein Fleiß verwelcket nicht: die Blätter werden grünen,
Und durch des Höchsten Huld noch zur Gesundheit dienen.

Drum stellet, Wertheſte / die bittren Klagen ein!
Laßt uns ins Heilighum mit unsern Herzen gehen,
Laßt uns im Glauben nur auf seinen Wechsel sehen,
So wird es Trostes gnug für unsre Wehmuth seyn.
GOTT, der Ihn hier erwehlt zum Preiß in diesem Leben,
Hat Ihm dort volles Maas der Seligkeit gegeben.

Indessen soll, so oft man Seinen Namen nennt,
Sein früher Abschied uns mit solchen Worten lehren:
Laßt doch, ihr Menschen, euch nicht Sicherheit bethören!
Nur dieser lebet recht, der JESUM recht erkennt.
Wilst du nun auch einmal im Tode nicht verderben,
So laße ja in dir durch Christum Adam sterben.

Er aber, unser GOTT, der alles wohl gemacht,
Der unsern theuren Freund in Christo hoch geliebet,
Und uns zur Seligkeit das Pfand des Geistes giebet,
Ja der von Ewigkeit auf unser Heyl gedacht;
Erquickte / Wertheſte / Sie unter allem Leiden /
Bis Sie auch Lebens satt von binnen selig scheiden.

IO. HENR. MICHAELIS,
S. Th. & OO. Lingg. P. P.

Wer

Wer selig sterben will / und seinen Heyland sehen,
Der fängt bey Zeiten an auf diesem Weg zu gehen,
Der hin zum Himmel führt: Sein Herz geht
Himmel auf,

Indem er durch die Welt hinleget seinen Lauf.

Wer sanfte sterben will / läßt willig auf sich legen
Des HErrn sanftes Joch, er sucht auf seinen Wegen
Nur einzig und allein in Christo seine Ruh,
Und thut daher gar sanfft in ihm die Augen zu.

Wer willig sterben will / bricht seinen eignen Willen:
Sein Will ist Gottes Will, aus welchem pflegt zu quillen,
Was in Gelassenheit die Seele stärckt und stillt,
Und kindlich in ihm rufft: Nur/nur/HERR/wie du
wilt.

Wer freudig sterben will / sucht ernstlich abzusagen
Der Freude dieser Welt; Den Rest von seinen Tagen,
Den legt er also an, daß schndde Sünden-Lust,
So nichts, als Angst gebiert, ihm bleibe unbewußt.

Wer Christo sterben will / sucht Christo auch zu leben,
Noch eh' er stirbt, und ihm sein ganzes Herz zu geben.
Und weil er denn also annimmt Christi Sinn,
So muß auch selbst der Tod ihm werden ein Gewinn.

Wer unter uns hievon will ein Exempel wissen,
Der seh' auf den, den uns der sanfte Tod entriß.
Der theure Richter ist, von Gott und uns geliebt,
Der uns in dieser Sach ein gutes Beyspiel giebt.

Schrieb dem Verstorbenen Nathanael, seinem
bisherigen sehr werthen Freunde, zum
Andencken

Joachim Langl
S. Th. Prof. Ord.

c

Ich

17

Ech ward, Hochwertheste/nicht wenig drob bestür-
zet,

Als gar vor kurzer Zeit Vermeldung mir geschehn:
Daß ein sehr früher Tod das Leben dem verkürzet,

Den wegen Freundschaft ich als Better anzusehn.
Ich dachte bey mir selbst: Welch unbeständig Wesen,
Wie mancher Wechsel ist in dieser Unglücks-Welt?

Was man den Augenblick zur Lust sich auserlesen,

Wird, eh man sichs versieht, zur Last uns dargestellt.
So bleibets in der Welt; daß Leid und Freud sich küssen,
Denn dieses Jammerthal hegt lauter Unbestand.

Man siehet Bermuth-Saft bey Milch und Honig fließen,
Und schmeckt die bittere Gall im besten Zucker-Land.

Ein trübes Wetter folgt auf helle Sonnen-Strahlen,
Und eh das Glücke schläft, wacht unser Elend auf.

Wer Rosen mahlen will, muß Dornen dazu mahlen.

So bleibt Lust und Last der Menschen Lebens-Lauff.

Wenn sich ein Unglück kaum ein wenig hat verkrochen,

So klopft ein anders an, das vor der Thüre steht.

Ja selbst der Frommen Schaar hält hier die Marter-Bo-
chen,

Wenn die verkehrte Welt in vollen Springen geht.

Doch ist's der Frommen Trost; daß die Last, so sie drückt,
Kommt von dem Himmel her, und von des Höchsten
Hand.

Sie ist, so schwer sie ist, mit Segen ausgeschmückt,

Weil sie des Herren Ruth', und seiner Liebe Pfand.

Man mag der Frommen Creuß den Kelch des Heyles nen-
nen,

Die Mutter des Gebets, des Glaubens Prüfe-Stein.

Will ein geübter Christ den Weg zum Himmel rennen,

Kan es des Fleisches Stab, des Geistes Leit-Stern
seyn.

Dazu

Dazu gehöret auch das Trauren, Seuffzen, Klagen,
Wenn durch den Tod der H E R R die besten Freunde
scheidt;

Wenn man die, so man liebt, sieht hin zu Grabe tragen,
Und sich hat eingehüllt ins schwarze Trauer-Kleid.
Und ist's nichts seltsames, der Welt den Abschied geben.

Weil Tod und Leben hie getreue Nachbarn seyn.
Ist gleich hie Vogel-Stein, daran die Herzen kleben.

So deckt uns doch zuletzt ein harter Leichen-Stein.
Es bleibet unverrückt das göttliche Geseze;

Was nur den Odem hat auf Erden, sterblich ist.
Der Tod zieht überall die Menschen in sein Netz,

Er achtet keinen Stand, kein Reichthum, keine Frist.
Er pflegt den Stärckesten doch endlich zu besiegen,

Weil ihn ein Apfel-Biß zum Erb-Guth beygelegt;
Er machet, wie bekant, schon Freundschaft mit der Wie-
gen,

Weil ihn das Kleinste Kind in seinem Siegel trägt.
Er weiß den Medicis auch ein Recept zu schreiben,

Wenn sie ein sanftes End von aller Angst curirt.
Sie wissen Krankheiten bey andern zu vertreiben,
Doch wird ihr Fleisch und Blut zuletzt ins Grab ge-
führt.

Gott läßt die Arzeneen zwar aus der Erden wachsen,
Und hat den Medicum mit Wissenschaft bedacht;

Doch wenn Er diesen will sehn bey den Himmels-Achsen,
So ist's mit Kraut und Trank mit nichten ausge-
macht.

Herr Doctor Richter kan davon ein Beyspiel
geben.

Wie manchen Kranken hat Er zur Gesundheit bracht?
Doch da es Gott gefiel, so hört Er auf zu leben,
Und ist auf Seinen Tod und selig End bedacht.

Der Arzt des Lebens must' ein Pflaster Ihm bereiten,
 Das Wort des Geistes must' die Apotheke seyn,
 Aus dem Er Trostes gnug wußt in die Seel zu leiten.
 So gieng Er Glaubens-voll getrost in Himmel ein.
 Sie haben, Wertheſte / Sein Ende angesehen,
 Drum folgen billig Sie auch Seinem Glauben nach.
 Es wird gewißlich einst der frohe Tag angehen,
 Da Sie kein Tod mehr trennt, kein Leid, kein Unge-
 mach.

Inzwischen nur getrost! Gedult heilt diese Wunden,
 Die ist bey Ihrem Schmerz die beste Arzenei.
 Sie haben längst den Trost in Gottes Wort gefunden:
 Daß Hoffnung und Gedult der beste Doctor sey.

M. Christian Döbler / von Dankig.
 Diac. in Delitzsch.

HÆ tres exornant Virtutes Acta Piorum:
 Vera FIDES & AMOR, SPESque beata
 DEI.

Felix & nimium felix, qui viuit in Hisce,
 Nec minus exercet, iam moriturus, Eas.
 Vt Tua vita FIDES hæc SPESque, BEATE, fue-
 runt,

Sic in * AMORE etiam Mors Tua fausta fuit!

* Nocte enim diei VI. Octobr., qui in Ca-
 lendario nostro CHARITATI adfi-
 gnatus legitur, mortuus est.

Debitæ Obseruantie ergo adposuit
 GVIL. RICH. IOHN, Medic.
 Quis

Q Vis feret auxilium? quis Apollinea arte iuuabit?
Quis sanet medica corpora læsa manu?
Tetrica quis flectet vigilis fastidia lecti?

Quæque manu tangi vulnera cruda timent?

Diruta procumbunt en tecta Machaonis orba,

Quæ poterant ægris ferre salutis opem.

Fumantes medicinæ fornaces ante salutem

Aegrorum frigent, guttaque nulla fluit.

Luxuriam dantis medicamina docta camini

Exstinxit tetro nata puella Deo.

Vitra euersa iacent studiis accommoda Phœbi;

Quin queis vtuntur, cuncta relicta vides.

Aurea gutta frequens impleuit vasa liquore;

Qui spes ægrotis certa salutis erat.

Quid tremulos ægros conuellunt ardor & algor,

Et frustra morbo lassus anhelat opem?

Quid quassat tussis multos stringitque meatus

Faucibus in raucis, flabraque cordis agit.

Quidue podagra secat, multos eludit eundo,

Et temere præsens flagitat artis opus?

Scilicet ille iugum subiit desolebile mortis,

In medica celebris qui fuit arte sophus.

Vixit RICHTERVS, medicorum nobile nomen,

Aemulus Hippocrates, doctæque Celse, tuus.

Mæcenæ ægris obiit, sublime leuamen

Pauperibus, mortis fauce necatus abest.

Discessit nati pellens contagia morbi,

Tabæ laborarint corpora, siue febri.

Nam bene Pæonias herbas succosque salubres

Nouit, quid Bellis, quid Calamintha iuuat:

Quid sterile Asplenium, Nardus, quid Costus & Iris,

Quid virtute sua lutea Caltha queat,
Naturæ abstrusas his insuper addidit artes,

Quæ simul hic longum commemorare foret.

Hæc vere canimus: (norunt & nosse fatentur

Congressus tanti qui coluere viri.)

Testes sunt docti, quos edidit ipse, libelli:

Quantum hos iudicium, gratia quanta poluit!

Pieridum quoque mœsta cohors lugentibus ægris

Accedit tristis, tantaque damna dolet.

Nam perit Aoniæ non vltima gloria turbæ,

Quem Musæ studiis excoluere suis.

Sive lyræ digitis resonantia plecta moueret,

Ornabat faciles gratia blanda modos:

Seu grauibus dios elegis cantaret amores

Christi, defluxit mollis ab ore lepos.

O quam sæpe suo mortalia pectora cantu

Ad cæli stabiles exstimulauit opes!

I Nasonis opus, magni fuge Suada Maronis,

Flacceque, polluti carminis autor, abi.

Non mortali hominum laudi, vanisque tropæis;

Laudibus ast Summi hæc Musa parata fuit.

O quanto Musis est grandius hoc tormentum!

Hunc quod non Phoebus Castalidesque vident.

Sed, mihi dic, tantam tibi quid succenderit iram?

Hunc auida vt raperes, Parca seuera, manu.

Cur tua, cur sanctis adeo est infensa potestas?

Quæ fuit indomitæ caussa dolenda necis?

Cur perimis, sua quem virtus ad sidera tollit,

RICHTERVM gentis spemque decusque suæ,

Qui

Qui vitæ cūrsū tanta cum laude peregit,
Vt fuerit Pylī dignus honore senis.
Hic fuit heu nulla morbus sanabilis arte;
Nil planctus, sanctæ nil valere preces.
Heu homines, quæ vis, heu quanta potentia fati!
Heu quem non dira mors rapit atra manu!
Quam cito bulla perit pluuias demissa sub vndas:
Tam cito vitalis deserit ossa vigor.
Rumpe parentales, infirma caterua, querelas;
Occidit auxilium præsidiumque tuum.
Fle, robusta cohors, singultibus ilia pulsa,
Nec releuet lacrimas barbitos vlla Tuas.
Quid faciam? RICHTERORVM Stirps inclita dicit:
Quorsum me vertam? corde genuque tremo.
Pallor in ore meo est, in toto corpore torpor,
Ac oculos implet fluminis vnda meos.
Iam cecidit firmum columen, ceciditque coruscum
Lumen, & extinctum clausit in orbe diem.
Filius ora rigat lacrimis ploratque puella,
Et repetit votis biga tenella patrem.
Ponite tristitiam, lacrimas abstergite malis:
Non etenim nimii causa doloris adest.
Nam sicut nihil est, quod non diuina voluntas
Semper prudenti pro ratione regat:
Sicque Deo visum nostris subducere rebus
Hunc, impolluta qui pietate fuit.
Num forsan fruitur vita, quæ tristis habenda est?
Nonne videt sanctos angelicosque choros?
Tempora numquid ei gemmis radiantia fulgent
Et coma laurigera fronde reuincta viret?

Nonne

Nonne micat vultu æthereo, roseoque decore?

Numquid ei corpus purpura pura tegit?

Sic est; æterno divinæ lucis amictu

Insignis vincit lumen, Apollo, tuum.

Magnifico felix iam cernit honore piorum

Agmina, & Aonio pectora nota gregi.

Celsior ætherea luna rutilanteque sole

Subque suis pedibus sidera clara videt.

Hic, ubi non morbi, non ærumnosa senectus,

Nec labor ingratus pauperiesque premunt.

Sed pax alma tenet regnum, fuavisque voluptas

Signaque lætitiæ non peritura fouent.

Et citharæ cantusque vigent animæque proborum

Vndas nectareas tempus in omne bibunt.

Sed simul æternum qui Christi regna gubernas,

Et cui permagno vincula iuncta Deo:

Nos tibi gratamur gressus aditumque sacratum

Ad lætabundi regna beata poli.

ORPHANOTROPHEVM

GLAVCHA-HALENSE.





